

plantis diuersæ partes radix, ſcap^o, flos,
cortex, medulla, folia: quarum ſingula-
rum quantumuis ſint diuersæ tempe-
ries, ſuis quæq; facultatum proprietati-
bus exornatæ: an tamen ijs à toto diuul-
ſis ſint præſtò, non nihil in dubium vo-
cari poſſe videtur. Expendamus reme-
dium, quâ viuēs eſt, quâ vitâ priuatum.
Quum enim vtroq; modo ſua forma, tū
vitæ, tum partium diuersarum harmo-
niæ, actionibus edendis præſideat, per-
quam ambiguum eſt, ſint' ne partes eius
diuersæ proprijs formis inſignitæ, & ad
agēdum opportunis facultatibus præ-
ditæ. Videtur id quidē excedere fidem,
veritatemq; philosophicam: cum for-
ma ſublata, quæ inde pendebat facul-
tas, auctutum dispereat: ſingula tamē di-
ſtinctiùs examinaturis ſecus videbitur.
Etenim cùm quæuis auctio à forma, ceu
auctu rei primo dependeat, damus libé-
ter, totū ~~αὐτομοιομερεῖς~~ ſimplex remedium
& viuens & vita priuatum, legitimæ ſuæ
formæ beneficio, actiones ſibi conue-
nientes proferre: nec quicquā illarum
primò & per ſe partibus conſtituētibus *Difſimilare*
deberi. Testatur quotidianus uſus, ani- *viuēs reme-*
malia *dium, ſi di-*